

Ibid. num. 19. Et non inuenientes, qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt super tectum, & per tegulas summiserrunt eum cum lectulo in medium ante Jesum.

EXPOSITIO.



U M agnosceretur in civitate, quod Dominus erat in quadã domo, convenerunt multi. Quia ubi Christus adest, illic accurrunt fideles, & devoti. Salmecio cum aliis vult, quod conveniebant, tanquam novitati studentes; vel ut ab infirmitatibus liberarentur. Et non explicatur, quoniam esset domus illa, ut dicitur domus Simonis leprosi, quia domini proprii nomine ad historiam non serviebat: ipseque illustrior factus est Christi hospitio, quam nomine proprio, ut similitur de illa muliere, quæ Christum laudavit, dicam: de quad profertur: Mulier quaedam de turba. Hoc remitto ad proprium locum. Et loquebatur eis verbum. Et quamvis illa multitudo conflueret propter miracula, tamen Christus prius incomberebat doctrinæ, & postea infirmitates sanabat; docens, prius, habendam rationem de anima, quam de corpore. Et notandum, quod licet Dominus advenisset ex navigatione, transfretavit enim mare ex ulteriori ripa, non statim, ubi primum ingressus est domum, apponitur cibus; sed prius erudit cœlestem prædicationem, ac infirmos sanat, ut ait Lucas citato cap. 5. n. 17. Virtus Domini erat ad sanandum eos. Cibus ejus salus nostra. Et cœlestis Princeps prius intendebat ad suorum utilitatem, quam de suo commo- do ageret. Vide supra cap. 15. n. 264. & c. 11. n. 129. 13. & 147.

Et veniunt ad eum. Lucas ait: Et ecce viri portantes. Illa particula Ecce, denotat sollicitudinem horum hominum, qui cum audissent, quod Dominus curaret infirmos, ut ait Lucas: Virtus Domini erat ad sanandum eos, statim habita oportunitate curationis accurrunt, ne occasio salutem impetrandi Paralytico è manibus elabatur. Ferentes Paralyticum. Matthæus, sequenti numero dandus, ait: Jacentem in lectulo. Paralyticus est dissolutio membrorum, ac nervorum, per quam ita homo fit impotens ad ambulandum, ac ad se movendum, ut sit animatum cadaver solum ad penam vivens: & ideo ab istis hominibus ferebatur, non in manibus, sed in lectulo, ne prætextu procurandæ sanitatis, dolores, ac angustias hominis auferent. Et hac de causa, ut explicat Evangelista, à quatuor ferebatur, ut vectores commodiori modo hominem asportarent.

Quod autem iste Paralyticus, cum sanatus sit Capharnaum, distinctus sit ab illo, qui curatus est Jerusalem in piscina, ut fertur Joannes c. 5. multis argumentis comprobatur Chrysofomus homil. 30. in Matth. Abulen- sis quæst. 5. & tanquam notum suppono. Et cum non possent offerre eum: seu, ut alij le-

gunt, accedere, seu appropinquare illi. Tanta erat multitudo ad Christum confluens, ut nullo modo per januam possent illi homines ad Christum accedere. Quærenti Christum, ut ait D. Bonaventura, mundus ponit impedimenta. Sic Zachæus quærebat videre Jesum, quis esset: & non poterat præ turba. Luc. 19. num. 3. Nudaverunt tectum. Caritas omnia impedimenta rumpit, & nulla sunt, quæ veram fidem retrahant. Nudaverunt tectum. Asportantes infirmum rem mirram, & novam aggrediuntur, ut notat Victor Antiochenus, tanquam maximè avidi sanitatis hominis, per scalas conscendit ad tectum, quod in Palestina non est acuminatum, ut in Hispania, sed multo magnis planum. Et nudaverunt tectum, ubi erat. Detexerunt tectum ea ex parte, in qua erat Jesus. Et perfodientes ipsum tectum, per funes demiserunt grabatum, in quo Paralyticus jacebat. Grabatus autem significat vilem lectum ex Græco, ut jam dixi, & notat Franciscus Lucas. Et in hac tam rara diligentia maximè exprimitur magna fides, quam habebant vectores Paralytici. Lucas vero ait: Summiserrunt eum in medium ante Jesum. Nam Salvator, ait D. Bonaventura in cap. 5. Luca, medium quaerit. Medium vestrum fecit, quem vos nescitis, Ioan. 1. Ioan. 1. num. 26. Ego autem in medio vestri sum, Luc. 22. Luc. 22. num. 27. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui, Psalm. 47. num. 10. Merito gaudet Dominus.

gunt, accedere, seu appropinquare illi. Tanta erat multitudo ad Christum confluens, ut nullo modo per januam possent illi homines ad Christum accedere. Quærenti Christum, ut ait D. Bonaventura, mundus ponit impedimenta. Sic Zachæus quærebat videre Jesum, quis esset: & non poterat præ turba. Luc. 19. num. 3. Nudaverunt tectum. Caritas omnia impedimenta rumpit, & nulla sunt, quæ veram fidem retrahant. Nudaverunt tectum. Asportantes infirmum rem mirram, & novam aggrediuntur, ut notat Victor Antiochenus, tanquam maximè avidi sanitatis hominis, per scalas conscendit ad tectum, quod in Palestina non est acuminatum, ut in Hispania, sed multo magnis planum. Et nudaverunt tectum, ubi erat. Detexerunt tectum ea ex parte, in qua erat Jesus. Et perfodientes ipsum tectum, per funes demiserunt grabatum, in quo Paralyticus jacebat. Grabatus autem significat vilem lectum ex Græco, ut jam dixi, & notat Franciscus Lucas. Et in hac tam rara diligentia maximè exprimitur magna fides, quam habebant vectores Paralytici. Lucas vero ait: Summiserrunt eum in medium ante Jesum. Nam Salvator, ait D. Bonaventura in cap. 5. Luca, medium quaerit. Medium vestrum fecit, quem vos nescitis, Ioan. 1. Ioan. 1. num. 26. Ego autem in medio vestri sum, Luc. 22. Luc. 22. num. 27. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui, Psalm. 47. num. 10. Merito gaudet Dominus.

QUESTIO IV.

Elucidantur isti quatuor vectores Paralytici.

Quatuor hominibus asportabatur Paralyticus in lectulo, ut scribit Marcus, qui erant viri probi, pleni fide, ut dicitur infra: Videns fidem illorum. Et erant etiam repleti spe in Deum, & charitate in proximum. Et id eo mirabilem, ac inusitatam rem, ut per tectum demittat Paralyticum, aggrediuntur. Facile boni ad opus pietatis uniantur, & se mutuo adjuvunt, ut nota D. Bonaventura in 5. Luc. Iuxta illud Pauli ad Galat. 6. num. 2. Alter alterius onera portate. Mali autem non inter se conveniunt, nisi ad iniquum factum, Psalm. 82. num. 5. Cogitaverunt unanimiter simul, adversus testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Ismaëlita, Moab, & Agarenis, &c. Vbi Brunonius ponderat quam miram iniqui in malum concordiam, unanimiterque habeant.

P. Didacus Stella vult, quod iste Paralyticus erat dives, siquidem cum adhuc infirmaretur, habebat amicos. Sic ægrotante Ioram, cum esset dives, venit ad eum Rex Ochozias 4. Reg. 8. num. 30. Rex Syria, cum infirmaretur, Rex Ezechias statim ad eum munera, & nuntios misit, 4. Reg. 20. num. 11. Pauper autem ille Ægyptius cum ægrotaret, relictus erat à suis, & nullus erat, qui daret ei cibum, & potum, nisi David ei subveniret, 1. Reg. 30. num. 11. Vide cap. 5. num. 133. & 134. & cap. 24. num. 8. Quanquam hæc moraliter bene sint dicta, tamen in rigore litteræ videtur, quod iste Paralyticus sit pauper, nam asportabatur in grabato, quod Græcè significat

17. Salmecio.

Illustratur homo Christi hospitio.

Princeps agit prius de suorum modo, quam de suo alio mento.

18.

Quid sit Paralyticus.

Prætextu sanitatis non sunt multiplicandi delicta.

19. Ioan. 5. Chrysof. Abulen.

20.

ficat vilem pauperum, ac egenorum lectulum. Ferebatur iste homo à quatuor, ut commo- diori modo asportaretur. Moraliter per hos quatuor, quatuor Evangelistas intelligit Euseb. Gallicanus homil. in Dom. 19. post Pentecost. Quia per istorum fidem anima Deo offertur, & sanatur. D. Paschasius lib. 5. in Matth. interpretatur quatuor virtutes Cardinales, scilicet Prudentiam, Iustitiam, Fortitudinem, ac Temperantiã, quibus anima sublevarur, ac deservit ante Creatorem. Cardinalis Hugo in 2. Marc. ait, Quatuor portatores sunt, cognitio criminis, memoria peccati, timor supplicij, spes præmij. Vel quatuor vectores, ait ipse, sunt bona operatio, elemosyna, venia aliis facta, oratio Sanctorum.

23. Quid significet quatuor isti vectores. Euseb. Gall. Paschas.

Hugo.

24. Ratio diff. cultatis.

25. Caritas omnia contemnit. Ob unam cupiditatem homo omnia parvipendit.

26.

Christus non sra bona opera non contemnit.

Omne tallatur impedimentum, ut subditi habeant accessum ad Regem.

27.

ge, prope amica mea, Cantic. 2. num. 9. Sed quare ipse sponsus stat post parietem prospiciens per tectum, & loquens cum Sponsa? Cur manifesta præsentia ei non se exhibet? Stat post parietem veluti tanquam absens se exhibens, ut exinde majoris amoris stimulos acuat, verum ita ipse est post parietem, tanquam si ibi paries non interjaceret, neque ullum ibi adesset impedimentum, ut dilectæ animæ auxilium ferat, ut ejus desideria videat, eique loquatur, atque ipsam ad bonum provocet, ac excitet. D. Ambrosius serm. 6. in Psalm. 118. versu 3. sic ait. Astuit post parietem, prospicit per fenestras, ut nec totus abesset, nec quasi rotas intraret, Et ipse ad se sponsam vocat, ut veniendi ad se invicem fierent graviora commercia, amorisque vim mutuis adolere sermonibus. Et si tu habeas fundamentum parietem, non illum medium, qui domus antus separet membra, sed adificatum super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ut compaginata ejus structura crescat in templum.

Nullus sic paries, qui Regem prohibeat ad subvenientem.

Ambros.

28.

Grave supplicium meretur Rex, dum se claudit à suis.

QUESTIO V.

Quare ab habitantibus domus non prohibeantur vectores perfodere tectum?

U M vectores Paralytici ipsam non possent in domum per januam introducere ob multitudinem turbae, non expectant tempus, ut discedat, siquidem Christus Dominus magna frequentia populi semper circumseptus incedebat. Rem miram aggrediuntur. Tectum conscendunt, & illud perfodiunt, & tunc Paralyticum submitunt. Hoc autem non poterat fieri sine magno strepitu, præscindentes ligna, utque aliqua simul cum lapidibus ex magna parte caderent in domum. Cur ergo habitantes illius hoc non prohibent facere.

Respondeo primò, quod habitatores domus ita erant devoti in Christum, ac ita omnia sua sub pedibus ejus submiserant, ut cum ipse non prohiberet, nec ipsi prohiberent. Secundò: ita erant accensi charitate in proximum, ut ob bonum illius omnia contemnerent. Tertio. Videndi miracula cupiditas, ne impedimentum ponerent, causa erat; nam sæpe homo ob unam suam cupiditatem, omnia, quæ ad se pertinent, parvipendit.

Sed inquires: Cur Christus non vetat perfodere tectum? Respondeo primò, quod in illo facto denudandi tectum ostenderunt homines suam eximiam fidem, spem, ac devotionem in Christum: non prohibet ergo, ne talia opera contemnere videatur. Secundò Christus Dominus dixerat Matth. 11. num. 28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, quod absolutè, & sine ulla limitatione Dominus protulerat. Cum ergo Paralyticus maximè laboraret ægitudine, illaque esset oneratus, ne semel datum verbum Dominum retrahere, vel limitare, aliquid judicarent, ideo Paralyticum per tectum ad se venire Dominus non vetat. Tertio Christus Dominus Rex erat totius universi. Permittit ergo, ut per tectum Paralyticus ad se descendat, ut nos instruat, quod nullum debet esse impedimentum, nec paries, nec tectum, lignum, vel lapis, quod accessum subditi ad principem, ac regem prohibeat, aut intercludat.

De dilecto suo ait Anima sancta: En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. En loquitur mihi: Sur-

Valde enim detestabile est in Rege, si ipse se per parietes, & domos claudat à suis, ut minime ad eum valeant aditum invenire. De misera captivitate Sedechiæ Regis à Babylonicis loquitur Deus ad Ezechielem cap. 12. num. 12. Et sic ait: Et dux qui est in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient, ut educant eum. Cum fierent omnia alio Dei judicio, cur iste Rex in durissimam captivitatem opprobrii plenam perfosso pariete ducitur? Cur per ostium non egreditur? Dei sententia est: Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Graviter deliquit Sedechias Rex delictis indulgens, se domus parietibus claudens, parietes inter se, & subditos constituens: josto Dei judicio perfodiuntur parietes, ut per quas deliquerat, recipiat & ipse supplicium. Vide como 1. lib. 1. cap. 6. quæst. 10. num. 31. & hoc lib. cap. 11. num. 127.

Matth. 9. n. 2. Et ecce offerebant ei Paralyticum jacentem in lectulo. Et videns Jesus fidem illorum, dixit Paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

VERSIONES.

- Syriacus. Et obtulerunt ei Paralyticum decumbentem in lecto. Viditque Jesus fidem eorum, & ait Paralytico illi: Bono sis animo, filii mi. Adduxerunt ad eum.
- Pagninus. Respiciens Jesus fidem illorum.
- D. Chrysoflogus serm. 50. Intuitus Jesus fidem illorum.
- Euthymius. Fiduciam habe filii.

D. Hilari



D. Hilar. c. 8. in Constans esto fili, remissa sunt tibi peccata tua.
Matth. & Casian. coll. 13. cap. 16.
Quiddam ex Graeco apud Sal. legunt

ALTER TEXTUS:

Marc. 2. n. 5. Cum autem vidisset Jesus fidem illorum, ait Paralytico: Fili, dimitte tibi peccata tua.
Luc. 5. n. 20. Quorum fidem ut vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua.

EXPOSITIO.

29. Hanc rem grandem denotat, offerentiam Paralyticum facientem in lectulo.
Miseria dicitur ad Dominum.
Hilar. Quae dedecorant, supprimenda.

30. Videns Jesus fidem illorum, Videns non solum intuitu divinitatis, sed etiam corporalibus oculis; nam quamvis fides sit actus mentis, tamen in opere videtur, ac manifestatur.
Fides operibus declaratur.

Luc. 7. Marc. 8.
31. Hieron. Chrysol. Haymon. Maldonar. Chrysol. Euthym. Alb. Magn.
32. Confide filii seu, ut habet Syriacus, bono sis animo

mo, beneque spera, re a me miraculose sanandum, prius in anima, deinde in corpore ab ipso morbo, ut explicant D. Hieronymus, Paschasius, Euthymius, Theophylactus, Et planum erat, quod si Deus animae sanitatem dabat, etiam corpori medelam conferret, cum Dei dona sint perfecta, & consummata: & dum incipit benefacere, usque ad perfectum ducat.
Confide enim spe filii, seu bene spera, etiam cum actualiter ei remittantur peccata. Volebat enim Dominus, quod cum spe in Deum donum reciperet, illudque tetineret, ac conservaret.
Fili, Mira benignitate filium vocat, quia ei dimittebantur peccata, ut notant Haymon, & Heticus, Imo in toto Evangelio nullum alium lego filium vocari, nisi Paralyticum istum. Ex quo duplex mihi est conjectura. Prima, quod iste erat praedestinatus: nam alias Christus eum filium non vocaret. Secunda, quod iste erat maxime afflicus & miserimus, de quo iterum 9. 7.

Remittuntur tibi peccata tua, seu, ut ex radice Graeca legendum est, Remissa sunt tibi peccata tua. Tibi, inquam, iam per gratiam Spiritus sancti consummata contra, atque ad remissionem, & sanctificationem, iam disposito. Nam sine dubio dum Paralyticus ad praesentiam Domini ducebatur, concepit dolorem, ad displicentiam suorum peccatorum, aliter non auderet coram tanto Domino apparere, neque ab illo salutis donum sperare. Notat Heticus vecordiam Paralytici, audiens Heticus, enim remissa peccata, non dat gratias Deo: plus desiderabat salutem corporis, quam animae. Maxime admiranda est Domini modestia, ut notat Chrysostomus hom. 30. non enim dixit, Remitto tibi peccata tua, sed modestiae causa, tertiam personam, Remittuntur tibi.

QUESTIO VI.

Quare de sola fide offerentium, & non Paralytici fiat praecipua, & principalis mentio?

MAGNA fuit fides Paralyticum offerentium; aliter enim minime ipsi ad lectulum conscenderent, ut inde per funes hominem demitterent, ante Christum magna fuit etiam fides istius infirmi, ut notant D. Chrysostomus hom. 30. in Matth. Abulensis quast. 7. nisi Abulens.

His ergo positis. In dubium vocamus: Cur omnes tres Evangelistae hanc historiam scribentes dicant, Dominum vidisse fidem illorum, quod praecipue intelligitur de fide offerentium, deinde de fide Paralytici, ut dixi in expositione, & docent Abulensis citatus, & Toletus 5. Luca in annot. 36. Et praecipue urget dubium in sententia D. Hieronymi, ac Chrysol. qui hoc referunt tantum ad fidem offerentium, ut dixi in expositione.

Respondeo primo ad quaestionem, quod quando in Scriptura tribuuntur mirabiles effectus fidei, intelligitur de fide viva, quae est charitate formata. Et de hac fide dixit Dominus Magdalena.

lenae: Fides tua te salvam fecit, hoc est, fides cum operibus charitatis, ac amoris in Deum. Nam fides sine operibus, ut ait Jacobus 2. mortua est. Cum autem dicitur, Videns fidem illorum, hoc intelligitur de fide viva. Ac sicut principaliter de fide offerentiam; nam qui infirmum portabant, charitatem, ac misericordiam in fructu habebant, si enim charitatem non haberent, tanto studio atque ardore Paralyticum ad Christum non adducerent: & ex charitate proximi recte arguitur charitas in Deum; & agrotus vero perfectam, ac vivam fidem non habebat, nam ei dixit Dominus: Confide, ad perfectam ac consummatam fidem eum excitans, tanquam si ea non esset praeditus; ad eum offerentem insigniti erant. Deinde quia iste homo adhuc erat in peccato, siquidem antequam dicitur, quod Dominus dixerit: Remittuntur tibi peccata tua, prius dicitur vidisse fidem illorum, scilicet offerentium. Ergo dum vidit eorum fidem, pro tunc adhuc ille erat in peccato.

37. Chrysol.
38. Albert. Mag.
39.
40. Daniel.
Secundo. Divus Chrysol. sermone 50. sic ait. Quantum valet apud Deum fides propria, apud quem sic valet fides aliena? Et iterum infra ait, quod fidei alienae suffragio curatur Paralyticus. Quod intelligitur de sanitate corporis, nam animae medela in adulto non confertur, nisi interveniente propria hominis dispositione, ut est certum. Ac proinde his depositis Christus, quantum prodest, quantum adjuvat alios fides nostra. Hoc idem docet Divus Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 5. Et confirmat exemplo sororum Lazari. Nam cum Dominus requisisset ab eis: Ubi posuistis eum? Joann. 11. numero 34. Respondet Germana. Jam facti: quadragesimus enim est. Dicit Dominus: Si crederis videbis gloriam Dei. Dare vitam, pro gloria reputabat. Concludit D. Cyrillus. Tantum potuit illa sororum fides, ut mortuus a porta inferni revocaretur.

Tertio. Albertus Magnus. Quod quando dicitur: Videns illorum fidem, ipse Paralyticus cum offerentibus supponatur. Tamen tanquam de fide offerentium Evangelista loquitur, ut instruat, quod intercessio multorum multis importat sanitatem. Quarto, Abulensis citatus Porrauntium fides fuit major, ac lucidior in opere, & sic illam Christus magis respexit; ubi supra cap. 15. n. 240. & cap. 6. n. 80. 81. & 82.

Quinto Offerentium fides maxime enituit, ac resplendit in hoc casu: nam tanquam proximi vehementer dolentes de hominis miseria ipsam Christo offerunt, firmiter credentes, infirmum a Domino posse sanari. Non enim dicebant: Si salutem dederit, credemus, sed absolute pro omni eventu divinitatem eius recognoscentes cum tanta diligentia infirmum per lectulum submiserunt. Vera, perfectaque fides ad propria munera, ac praesentes obligationes attendit, a futuro successu, atque eventu minime dependet.

Instat Nabuchodonosor cum Sidrach, Misach, & Abdenago, ut statuant suam adorent. Qui Regi responderunt Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster, quem volumus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, o Rex, liberare. Quod si noluerit, notum tibi sit, Rex, quia Deus tuos non volumus, & statim auream, quam crexisti, non Sylveira in Evang. Tom. II.

adoramus, Daniel. 3. num. 17. Dicunt se Dei virtute posse liberari ab igne. Quod si vero concrementur, non dicunt, se a Dei obsequio defecturos, sed tantum ob sua alta iudicia Deum nolle illud eis beneficium conferre. Pueri illi tanquam Domini vere fideles, ac constantes servi solum attendunt praesenti obligationi confessionis fidei satisfacere, de futuro tantum eventum minime curant, sed illum Dei iudicio submitunt. Theodoretus. Non pro mercede nostra Domine servimus, sed benevolentia, ac amore stimulamur. Omnibus aequè Dei nostri praesertimus cultum, quare ne ab his malis quidem remeare liberari petimus, sed Domini gubernationem, ac providentiam amamus, & illius, quod futurum est, ignari gubernatori quocumque ei libuerit, navem dirigendam committimus. Perfecta virtus solum sua munera considerat, & futuros eventus praetermittit.

Pendens meus Jesus in Cruce ait ad Patrem: Pater, dimitte illis, non enim sciunt, Luc. 23. n. 34. Pro omnibus illis malefactoribus orat Dominus. Et tamen bene sciebat, quod pro reprobis, ac obstinatis non erat exaudiendus a Patre, ut bene ex Patribus comprobatur Suarius tom. 2. ad 3. part. disputat. 33. sect. 4. 5. Primum illud. Tamen cum esset noster Redemptor, ac Pontifex, offerens se pro omnium salute, munus adimplet pro omnibus rogans, quamvis futurum esset, ut Pater omnibus non dimittere. Unde ait D. Bonaventura. In hoc apparuit, quod fuit Pontifex pius, & misericors, offerendo se, & interpellando pro populi salute.

QUESTIO VII.

Quare Christus Dominus hunc Paralyticum filium vocet?

Divus Matthaeus, & Marcus scribentes hanc historiam referunt, quod Dominus dixerit Paralytico, fili Lucas vero, Homo. Hac facile in concordiam reducit D. Augustinus lib. 2. de consensu Evang. cap. 25. Utrumque dictum fuisse a Christo, aut sic: Confide, homo, dimitte tibi peccata, fili: aut hoc modo prolata sunt: Confide, fili, dimitte tibi peccata, homo. Haec docet D. Augustinus. Tamen ex idiomate Hebraico idem est utriusque sensus; nam Hebraica phrasim est dicere, aut homo, aut fili, ut patet ex Prophetis, & libris Salomonis, in quibus huiusmodi loquendi modi frequenter inveniuntur. Verum tamen pro rigore verborum Evangelistarum praesentem quaestionem excitamus.

Respondet primò D. Hieronimus hic. Et sic ait: Cur filium nominavit. O mira humilitas, despectum, & debilem, tanisque membrorum compage dissolutum, filium vocat, quem Sacerdotes non dignabantur attingere. An certe ideo filium, quia dimittebantur ei peccata sua. Duas rationes nobis inculcat magnus Doctor. Primò propter humilitatem, ut etiam docet Albertus Magnus: nam despectum, & debilem hominem ita ad se benigne recipit, ut filium vocet. Secundò, quia ei remittebantur peccata, ut ait. Et etiam tradit D. Anselmus. Ut inde videatur, ad